



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 23. De comitis Esiconis traditione bonorum in villa Budinifelde in pago Hardego.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno ne uuunred defuper manente uxore et infantibus fuiſ ea uero ratione ut ſi
821 vſque aliqui filii eiuf hiſ nominibus *uuendildac* et *berndach* redimere ea uoluerint
826 im- XL ſolidos reddant ſin autem hoc facere noluerint nullus ex heredibus ſupra
perante ſcripti uiri præſumat hanc traditionem uiolare teſtes *theadbalduſ comeſ* marc-
Hudo- uuarduſ folker hildiuro goddo uuendico alſmar gherbald ciluuard.
uico et

§. 22.

commemoratio de illo *liud euuherhardi* qualiter fratres eiuf *thiadricuſ* et *eggricuſ* (L) firmitatem fecerunt quod nullus ex heredibus eorum ac extraneis perſonis habitatores huius monaſterii ullo aliquo tempore inquietare potuiſſent noſ uero e contra promiſimus miſſas eccliaſ (M) et pſalteria XXXXV pro remedio animae eiuf. teſtes huius *thiodger comeſ* rainuero marcbodo uuicbrand gichi eddic bacco badio uualduſ benno alger hrodulſ alger hroduuard emmic garuuard ſiger bernuuard thiadger uual.

§. 23.

Tradidit *efic comeſ* in budiniſelde (N) quidquid ibi habuit. teſtes uurachio ettid thiadulſ *ecbert* frederik uuihric gerlo thiadmer richard hemmun landuuard uualtheri ſigot ricuuard ruſt.

§. 24.

De ſatro-
ribus co-
mitum E-
uerſtei-
nenſium
Eberhar-
do Thia-
drico et
Eggrico.

(L) Hi tres fratres neceſſario in uicinia noſtræ Corbeiaſ domicilium ſuum habuerunt. Ipsi enim compactum ineunt, Corbeiam noſtram neque per ſuos neque per alios inquierandi, ſed conſequenter eandem potius defendendi; deinde uero Adalardus eiufque fratres illis e contrario eccleſiis illas ſcilicet utendas permittunt. Quadam etiam poteſtate hi tres fratres præditi eſſe debuerunt. nam aliaſ monaſterium noſtrum neque deſenſionem aliquam ab iis ſperare potuiſſet, neque cum eis hanc amicitiam et fœdus feciſſet. Hæc uero omnia cum nullis dynaſtis melius conneſſi queunt, niſi cum progenitoribus comitum Euerſteinenſium quippe uiciniſſimis. *Liudeuuerbardum* igitur eiufque fratres *Thiadricum* et *Eggricum* e familia Euerſteinenſi fuiſſe putamus. Et cum *Liudeuuerbardus* idem ſit, quod lütge ſeu paruus *Euerbardus*, nomen hoc ei inditum fuiſſe uidentur, ut illum homines a ſeniore quodam *Euerbarde*, fortaliſſis eiuf patre, diſcernerent, qui fortaliſſe ille *Euerbardus* eſt, quem §. 20. inter teſtes deprehendimus. Noſtri tres fratres ſtrenui martis pulli fuiſſe uidentur, qui concoquere id non poterant, ut uillæ Huexori, Withem et Stalo, in quas iure ſanguinis aliquod ius habere potuiſſent, ſibi ſubducerentur. Hinc ipſi perſonis monaſterii noſtri varias exhibuerant moleſtias, quas nunc omnes ſe depoſituros pollicentur.

(M) Id eſt, eccleſiaſ. Sed quaſnam? Reſpondemus: in monaſterio Corbeienſi, in Stalo, et fortaliſſis in Withem. Alia enim loca in uicinia nondum inuenimus. Quæ enim Jo. Letznerus in Hiſtoria Ludouici pii de eccleſia S. Kiliani in urbe Huxaria, ædificata ab Hildegarde Caroli M. uxore aſſerit, fabulæ ſunt, quia hoc tempore urbs Huxaria nondum erat in rerum natura.

De comi-
te Eſico-
ne et vil-
la Budini-
felde.

(N) Fuiſſe tempore Caroli M. inter primores et nobiliſſimos Saxonicaſ gentis quendam nomine *Heſſi*, quem Carolus M. muneribus, et magna ſagacitatis induſtria, magnis quoque honoribus, ſuſtenuerit, quia fidelem ſibi in cunctis repererat, docet nos auctior *Vita S. Liutbirgis*, ſeculo IX. ſcripta, atque a celeberrimo Pezio e codice Ochſenhuſano publicata cap. I. in quo ipſe: *Hic Heſſi*, inquit, *carens maſcule proliſ, vnico, quem habuerat, filio in adoleſcentia ſore deſuncto, filiabus locupletem dimiſiſt ſubſtantiam tandemque grandæuis ac bona ætate proſectus, hereditate filiabus diſtributa, Fuldenſe cœnobium domino militaturus perrexit, ibique ſub monachico habitu diem ultimum feliciter obiit.* Hunc autem *Heſſi* vnum eundemque eſſe cum celeberrimo iſto *Haſſione Oſſalorum*, id eſt, orientalium Saxonum duce, qui ſe ad *fluuium Ouaccram cum Auſtrelandis* Carolo M. ſubmiſiſt, de quo Annales Rerum Francorum ad a. 775 uideantur, res ipſa loquitur. Teſtantur bona, quæ ille filiaſ.